

Deinde post hec dicit discipulis suis: Eamus In iudeam
lterū; Dicunt ei discipuli: Rabbi nunc querebant te iudei
Lapidare; & iterum uadis illuc; respondit ih̄s: Nonne
duodecim horæ sunt diei; si quis ambulauerit In die non
offendit quia lucem huius mundi uidet; Si autē ambulaue
rit nocte offendit quia lux non ē. In eo; hæc ait & post
hoc dicit eis: Lazarus amicus noster dormit; sed uadouta
somno ex suscitame eum; Dixerunt ergo discipuli eius; Dñe
si dormit saluus erit; Dixit autē ih̄s de morte eius illi
autē putauerunt quia de dormitione somni diceret; Tunc
ergo dixit eis ih̄s; Manifeste Lazarus mortuus ē; Et gau
deo propter uos ut credatis quō non eram ibi; sed eamus ad
eum; Dixit ergo thomas qui dicitur didymus ad condisc
cipulos; Eamus & nos ut moriamur cum eo; Venit itaque
ih̄s & Inuenit eum quattuor dies iam In monumento haben
tem; Erat autē bethania iuxta hierosolymā quasi sta
dus quindecim; Multi autē ex iudeis uenerunt ad martha
& mariam ut consolarentur eas de fratre suo; Martha ergo
ut audiuit quia ih̄s uenit occurrit illi; Maria autem
domi sedebat; Dixit ergo martha ad ih̄m: Dñe si fuisset
hic frater meus non fuisset mortuus; Sed & nunc scio
quia quecumque poposceris a dō dabit tibi dñs; Dicit illi
ih̄s; Resurgat frater tuus; Dicit ei martha scio quia resur
gat In resurrectione In nouissimo die; Dixit ei ih̄s; Ego
sum resurrectio & uita qui credit In me & iam si mor
tuus fuerit uiuet & omnis qui uiuit & credit In me
non morietur In æternū; Credis hoc; ait illi utique
dñe; Ego credidi quia tu es xp̄s filius dī qui In hunc
mundū uenisti; Et cum hæc dixisset abiit & uocauit
mariam sororem suam silentio dicens; Magister ad ē;